Anno autem quinto regni roboam. ascē/
dit sesac rex egypti in hierusalem qꝛ pec/
cauerant domino: cū mille ducentis cur/
ribus ⁊ sexaginta milibꝰ equitum. Nec
erat numerus vulgi quod venerat cū eo
ex egypto: libyes scilicet ⁊ trogodyte ⁊ e/
thiopes: cepitqꝫ ciuitates munitissimas
in iuda: ⁊ venit vsqꝫ in hierusalem. Se/
meias aūt propheta ingressus est ad ro/
boam ⁊ principes iuda: qui cōgregati fu
erant in hierusalem fugientes sesac: dixit
qꝫ ad eos. Hec dicit dominus. Uos reli
quistis me: ⁊ ego reliqui vos in manu se
sac. Consternatiqꝫ principes israel ⁊ rex
dixeruut. Justus est dominus. Cūqꝫ vi/
disset dominus ꝙ humiliati essent: factꝰ
est sermo dñi ad semeiā dicens. Quia
humiliati sunt non disperdam eos: da/
boqꝫ eis pauxillum auxilij: ⁊ nō stillabit
furor meus super hierusalem per manū
sesac. Ueruntamen seruient ei: vt sciant
distantiam seruitutis mee ⁊ seruitutis re/
gni terrarum. Recessit itaqꝫ sesac rex e/
gypti ab hierusalem sublatis thesauris
domus domini ⁊ domus regis: omniaqꝫ
secum tulit. ⁊ clypeos aureos quos fece/
rat salomon. pro quibus fecit rex eneos:
⁊ tradidit illos principibꝰ scutariorum
qui custodiebant vestibulū palatij. Cū/
qꝫ introiret rex domū dei. veniebant scu/
tarij ⁊ tollebant eos: iterumqꝫ referebāt
eos ad armamentariū suum. Ueruntā/
men quia hūiliati sunt. auersa est ab eis
ira domini nec deleti sunt penitus. Si/
quidem ⁊ in iuda inuenti sunt opa bona
Confortatus est ergo rex roboam in hie/
rusalē: atqꝫ regnauit. Quadraginta au
tem ⁊ vnius āni erat cum regnare cepis/
set: ⁊ decem ⁊ septem annis regnauit in
hierusalem vrbe quam elegit dominus
vt confirmaret nomen suum ibi. de cun/
ctis tribubus israel. Nomen autem ma/
tris eius naama āmanites. Fecitqꝫ ma/
lum: ⁊ non preparauit cor suum vt que/
reret dominum. Opera vero roboam pri/
ma ⁊ nouissima scripta sunt in libris se/
meie prophete ⁊ addo videntis: ⁊ diligē/
ter exposita. Pugnaueruntqꝫ aduersum
se roboam ⁊ hieroboam cunctis diebus.
Et dormiuit roboam cum patribus suis
sepultusqꝫ est in ciuitate dauid ⁊ regna/
uit abia filius eius pro eo. C XIII

Anno octauodecimo regis hie/
roboam regnauit abia super iu/
dam. Tribus annis regnauit ī
hierusalem. Nomenqꝫ matris eius mi/
chaia: filia vriel de gabaa: ⁊ erat bellum
inter abia ⁊ hieroboam. Cumqꝫ inisset a/
bia certamen: et haberet bellicosissimos
viros: ⁊ electorum quadraginta milia:
hieroboam construxit econtra aciem o/
ctoginta milia virorum: qui ⁊ ipsi electi
erant ⁊ ad bella fortissimi. Stetit ergo
abia super montem semeron qui erat in
ephraim ⁊ ait. Audi hieroboam ⁊ omnis
israel. Num ignoratis ꝙ dominus deus
israel dederit regnum dauid super israel
in sempiternum: ipsi ⁊ filijs eius in pa/
ctum salis. Et surrexit hieroboam filius
nabath seruus salomonis filij dauid: et
rebellauit contra dominum suum. Con/
gregatiqꝫ sunt ad eum viri vanissimi et
filij belial: ⁊ preualuerunt cōtra roboam
filium salomonis. Porro roboam erat
rudis ⁊ corde pauido: nec potuit resistere
eis. Nūc ergo vos dicitis ꝙ resistere pos/
sitis regno domini quod possidet per fili/
os dauid: Habetisqꝫ grandem populi
multitudiēm: atqꝫ vitulos aureos quos
fecit vobis hieroboam in deos. Et eieci/
stis sacerdotes domini filios aaron atqꝫ
leuitas / ⁊ fecistis vobis sacerdotes sicut
omnes popli terrarum. Quicunqꝫ vene
rit ⁊ initiauerit manum suam in tauro:
in bobus ⁊ in arietibus septem: fit sacer/
dos eorum qui non sunt dij. Noster au/
tem dñs deus est: quem nō reliquimus
Sacerdotesqꝫ ministrant dño de filijs
aaron: ⁊ leuite sunt ī ordīe suo: holocau/
sta quoqꝫ offerunt dño ꝓ singulos dies

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-105/0394
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG